S U M M A R I A

KS. W. KRZEŚNIAK

DE FORMALI ELEMENTO ATTRITIONIS ET CONTRITIONIS

Theologi, qui de notione contritionis tractant, tria elementa integralia in contritionis actu enumerant scilicet dolorem animi de peccatis commissis, detestationem, id est, voluntatem solvendi a peccatis et propositum non peccandi.

Verum controversia est, quod horum elementorum formale et essentiale contritionis putandum sit. Quem dolorem esse Billuart, detestationem Suarez asserit; plurimi autem theologi tria, quae supra dicta sunt, essentialia in actu contritionis elementa esse putant. Ut quaestio accurate solvatur memoria tenendum est, elementum essentiale in actu contritionis esse id, quod natura ipsa intimum finem contritionis ad effectum perducat. Id non esse propositum, nam ex duobus caeteris evenit; itaque nisi doloris et detestationis ratio habenda non est quae relatio inter hos duos actus intercedat quaeritur? Quos, unum totum nempe dolorosam aversionem efficere, Suarez opinatur. Secundum recentiores theologos dolor secernendus ab detestationis actu eiusque consequentia est. Palmieri dolorem nonnisi quendam modum habitus animae, quae a peccato se avertat, esse affirmat. Diligentius tamen animum hominis paenitentis intuenti tres varii actus deinceps apparent, qui hoc ordine sequentur: conscientia peccati ut mali, dolor animi illo malo indulgenti, detestatio seu voluntas sui a malo liberandi. Ea, quae ad liberandum spectant: confessio, satisfactio et propositum. Inde sequitur, ut dolor alius a detestationis actu sit, eamque praecedat. Qui horum actuum natura sua intimum finem contritionis ad effectum perducat? Opinio theologorum, qui dolorem essentiale elementum contritionis quasi e doctrina thomistica esse putant, minime probari potest; secundum S. Thomam obiectum formale virtutis paenitentiae qua contritio continetur, satisfactio est, seu emendatio iniuriae ab peccatore Deo illatae. Haec satisfactio valorem nisi in coniunctione cum Christo non habet. Explicationes theologicae satisfactionis a Christo datae in tres diversas partes ierunt et tres doctrinas peperunt: de paena, de expiatione, de satisfactione stricto sensu. Qui unam et alteram doctrinam amplexi dolorem essentiale elementum satisfactionis esse itemque Christi necessarias passiones fuisse putant, nostris temporibus impugnantur. Omnes theologi doctrinam satisfactionis sensu stricto comprobant, quae eos actus, qui ad perturbationem peccato factam corrogendam spectant essentiales esse asserit; qui igitur falso dolorem essentiale elementum contritionis esse affirmat.

eum doctrina de poena aut de expiatione sequi necesse est. Recta tamen est opinio, qui putatur essentiale elementum contritionis esse detestationem sive voluntatem peccati amovendi, quae nihil aliud est, quam desiderium iniuriae, quae peccato commisso illata est Deo, sarciendae. Quam ob rem voluntas peccati amovendi ut summum peccati odium, essentialis actus contritionis videretur, cuius necessaria praeparatio nec non contritionis elementum dolor est, consilium autem correctionis, confessionis, satisfactionis, quae etiam maxime necessariae sunt, voluntatem peccati amovendi sequuntur et ad contritionem pertinent. Ut contritio iustificationis praeparatio sit, detestatio ex motivo supernaturali proficiscatur necesse est. His praemissis argumenta eorum, qui contra disputant, offeruntur et refelluntur.

C. BARTNIK

ROMANO GUARDINI ALS APOLOGET DER KATHOLISCHEN WIRKLICHKEIT IM LICHTE SEINER SCHRIFTEN FÜR DIE DEUTSCHE JUGENDBEWEGUNG (1911—1926)

Neben der ersten und eigentlichen Aufgabe der Apologetik, die in der rationalen Begründung des christlichen Glaubens in systematisch-wissenschaftlicher Form besteht, kommt immer weiter in Aufnahme und wird wissenschaftlich ihre sekundäre und zweite Aufgabe bearbeitet, welche auf Aufzeigen der die Bereitschaft zum Glauben weckenden Motive beruht (die subiektive Apologetik). R. Guardini hat dargestellt: 1. den Versuch des Verbindens zweier oberen Aufgaben zu einer systematischen Ganzheit mit der Hilfe seiner „Philosophie des Lebendig — Konkreten" und seiner phänomenologischen Methode, 2. den Versuch der besonderen Bearbeitung der zweiten Aufgabe als eines methodischen, apologetischen Einwirkens durch seine Schriften vom katholischen Leben ins konkrete, den Glaubensakt bedingende, Strukturbild der deutschen Jugendbewegung.

Wir haben diese Versuche einer ebenfalls phänomenologischen, in der Bearbeitung der konkreten — historischen und als solchen in Guardinis Schriften sich spiegelten — Erlebnisstruktur (vornehmlich der Anschauungen und Triebfeder) bestehenden Analyse unterworfen, um so schärfer das Problem der subiektiven Apologetik zu stellen und den Prozess einer nicht nur logischen sondern auch phänomenologischen Argumentation Guardinis durchzuarbeiten. Diese Forschungen haben nachgewiesen, dass sich die Apologetik nach Guardini in einem lebendigen Verhältnis von ganzer christlichen Wirklichkeit und ganzer Erlebnissphäre des Menschen befindet und dass Er die beiden Aufgaben der Apologetik auf dem phänomenologischen Grunde zur Form einer (der integralen und totalen ähnlichen) „konkreten Apologetik" (Ausdruck des Verfassers) innig zu verbinden versucht. In Grenzen jener